

VII. De monachis et nonnis, si nuptias ineant.

De monachis et nonnis de monasterio fugientibus in concilio Calchedonense cap. XVI. ita continetur: *Virginem*¹³⁵, *quae se deo consecraverit, similiter et monachum non licere nuptialia iura contrahere. Quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus, ut habeat auctoritatem eiusdem loci episcopus humanitatem misericordiamque largiri*¹³⁶.

VIII. De vidua, quae suscepto velo postea nubit.

De muliere, quae post mortem viri sui velata fuerit aliquantum temporis et postea virum accipit, in epistola Siricii papae ad episcopum Himerium Tarraconensem directa cap. V. ita continetur: *De*¹³⁷ *his vero, qui acta poenitentiae tanquam canes ac sues ad vomitus pristinos et volutabra redeuntes et militiae cingulum et ludicras voluptates et nova coniugia et illicitos denuo adpetiere concubitus, quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filii prodiderunt; de quibus, quia iam suffugium non habent poenitendi, id diximus decernendum, ut sola in ecclesia fidelibus oratione iungantur, sacrae mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, intersint; a dominicae autem mensae convivio segregentur, ut hac saltem districtione correpti et ipsi se castigent et alii a talibus retrahantur. Quos tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cum ad deum coeperint proficisci, per communionis gratiam volumus sublevari. Quam formam et circa mulieres, quae se post poenitentiam talibus pollutionibus devinxerint, servandam esse censemus. Qua de re iuxta huius venerabilis viri sententiam eandem mulierem, quae tali nefario coniugio abiecto monastico habitu copulata est et in id, quod deo promisit, non perduravit, decernimus in monasterium sine mora mittendam, ut illic in sua poenitentia finiat vitam*¹³⁸.

135) Konzil von Chalkedon (451) c. 16 (Dionysiana), ed. Eduard SCHWARTZ (Acta Conciliorum Oecumenicorum 2/2/2, 1936) S. 58.

136) Die Rückkehr von Klerikern, Mönchen und Nonnen zum weltlichen Leben behandeln auch die Responsa Zachariae: Codex Carolinus (wie Anm. 47) ep. 3 c. 9, S. 482 und c. 26, S. 486. Zacharias verweist auf andere Autoritäten.

137) Siricius, Brief an Bischof Himerius von Tarragona (JK 255), MIGNE PL 13, Sp. 1137; Quesnelliana: MIGNE PL 56, Sp. 557; Dionysiana: MIGNE PL 67, Sp. 233f. Der Text steht der Quesnelliana am nächsten. Zur Überlieferung vgl. WÜRM, Studien und Texte (wie Anm. 89) S. 120-123.

138) Bereits COUSTANT, Epistolae 1 (wie Anm. 110) S. 712, merkte kritisch an, dass die Quelle Stephans Rechtsentscheid nicht trägt: „Delicti tamen speciem, de qua Siricius sententiam dicit, ab ea quae Stephano II. proposita fuerat, negandum non est discrepare“. Handelt Siricius von Büßern und Büßerinnen, überträgt Stephan II. diese